



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

34 De ecclesiis aedificandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

DE ECCLESIIS AEDI.

cum Christianissimis veterib. principibus merebitur æternam.

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS, & ornatu earum.

XXXIII.

**E**ccliam dei contemnūt heretici, & ornamentū eius auferūt: Anabaptistę omnino nullas habere volunt: resuscitant heresim Massilianorū, quorum meminit Augustinus in sermone cōtra Arrianos, Sagarelli, & Vuklephistę hunc sequuti sunt errorē, contra scripturas expressas.

**Gen. 28** Ait Iacob: Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam: terribilis est locus iste, nō est hic aliud, nisi domus dei, & porta cœli, & vocauit nomen loci Bethel, i. domus Dei. Non poteris immolare phase in qualibet vrbium tuarum, sed in loco quē elegerit dominus deus tuus, vt inhabitet nomen eius ibi.

**1. Par. 17** David fatetur: Factus est sermo domini

domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me: filius qui nascetur tibi, erit quietissimus ipse ædificabit domum nomini meo. Vide quanta cura deus prouidit templi ædificationem quam non voluit fieri à bellatore, sed à pacifico Salomone.

Dixit deus: Ambulabam in tabernaculo, & in tentorio per cuncta loca, quæ transiui cum filiis Israel. Ecce qui est ubique ambulauit in tabernaculo. 1. Reg. 7

Salomon edificauit templum, misit per singulos menses decem millia virorum in Libanum, qui cederent ligna, septuaginta millia, qui onera portabant, & octo millia latommum: præpositorum operis tria millia trecenta. 1. Reg. 5 1

Domum ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis 3. Reg. 6

Dd 2 uis

DE ECCLESII AEDI.

uis aureis: nihilq; erat in tēplo quod non tegeretur auro, sed & totum altare oraculi textit auro; infra: Textit Cherubin auro, infra: Pavimentum domus textit auro intrinsecus & extrinsecus: fecit Salomon omnia vasa in domo domini, altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes propositionis auream, & candelabra aurea, 3 ad dexteram, & 5 ad sinistram ex auro puro, lucernas aureas, forcipes aureos, & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola. & thuribula de auro purissimo, cardines ostiorum erant ex auro.

3 Reg. 8. Dominus dixit, vt habitaret in nebula: Aedificans aedificaui domū, & habitaculum tuum firmissimū, inquit Salomon.

1 Par. 6. Salomon ait: Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine, ego autem aedificaui domū nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum.

Ibi per tot. Deus magis propitius, & citius exau-

exaudit orationes in loco sacro, q̄  
extra.

Gabaonitæ iussu Ios. facti sunt cæ- Iosue 9  
fores lignorum in vsu templi.

Quum venisset rex David, & se- 1. Par. 17  
disset corā domino, i. arca. Vides præ-  
sentationē vni loco, quā alij, quia  
in arca erat sacratioꝝ locus.

Daniel quando nō poterat orare Dani. 6  
in templo, quia erat in captiuitate  
Babylonica, orauit tamen ter in die  
facie versus ad templum in Hieru-  
salem.

Cyrus rex, qui gessit personam 1. Esd. 1  
Christi, dedit licentiam reædifican-  
di templum Iudæorum: Darius con- 1. Esd. 6  
cessum à Cyro confirmavit, & Iudæi  
ædificauerunt, & prosperabantur iu-  
xta prophetiā Aggei & Zachariæ.

Domus mea domus orationis vo-  
cabitur cunētis populis, ait Domi- Isa. 56  
nus Deus: Quod Christus confirmat  
de templo materiali dictum, vnde Mat. 21  
eiecit vendentes: Vos autem, inquit,

Dd 3 feci-

DE ECCLESIIS AFDI.

fecistis eam speluncā latronum. Sic  
multi gubernatores faciunt ex eccle-  
siis speluncas hereticorum.

Mat. 21

Homo plantauit vineam, & ædifi-  
cauit turrim, & locauit eā agricolis.  
Vinea fuit Iudæorum synagoga, tur-  
ris templum, sed quia filium occide-  
runt, fuit vinea locata alijs agricolis  
christianis: & sicut sacerdotium fuit  
transferendum, ita & templum in ec-  
clesias christianorum.

Heb. 7

Luc. 7

Iudæi dixerūt Christo super Cen-  
turione: Diligit gentem nostram, &  
synagogam ipse ædificauit nobis.

Act. 3

Christo placuit ædificatio synagoge  
quomodo ei non placeret ædificatio  
ecclesiæ? Petrus & Ioannes ascende-  
bant in templum ad horam oratio-  
nis nonam. Vide vt apostoli in vete-  
ri templo orarint, cum nondum ec-  
clesias haberent christiani: Augusti  
lib. 3. de doctrina christiana.

1. Cor. 11

Obiurgauit s. Paul. Christianos,  
qui cœnis & conuiujs ecclesias con-  
fun-

fundebāt: vnde possimus dicere hereticis, quod Paulus illis temerantibus: an ecclesiam dei contemnitis?

Tempore apostolorum ceptæ ædificari ecclesiæ. Sic Paulus, & Barnabas constituerunt per singulas ecclesias presbyteros, in quibus Paulus præcepit, mulieres tacere. Act. 14  
1. Cor. 14

Intrans infidelis vel idiota in ecclesiam, cadens in faciem, adorabit deum, pronuncians quod vere deus in vobis sit. Ibidem

S. Ioan. moriturus iussit se ferri in ecclesiam. Hier. super epist. ad Gal.

S. Paula vidit Cornelij domum, quæ facta fuerat ecclesia, & similiter ædículas Philippi, & cubiculū quatuor virginum, meminit Hier. in vita s. Paulæ. Act. 10  
Act. 21

Multis locis testatur Augustinus, ædificare ecclesias esse actum latriæ quem soli DEO debet fides gratia fidelium, quare sanctis non ædificantur, nec consecratur templa, sed

Dd + deo

DE ECCLESIIS AEDI-

deo, in memoriam & venerationem  
sanctorum, libro vigesimo, contra  
Faustum, & libro vigesimosecundo,  
de ciuitate dei, contra Maximum, &  
plærisq; alijs locis.

Cautiones sunt episcop, altaria &  
templa consecrâtes, qui in titulis in-  
scriptionis semper deũ præmittunt,  
honorem sanctorum dehinc necten-  
tes. Actus enim patrie, seruitus est so-  
li deo debita, non sanctis, licet in ec-  
clesiis & altaribus sanctos quoq; ve-  
neremur, & eorum celebremus nata-  
les ac memorias. Qui Christianas li-  
teras vtriusq; testamenti sciunt, nõ  
hoc culpant in sacrilegis ritibus pa-  
ganorum, q; construunt templa, & sa-  
cerdotia instituunt, & faciunt sacri-  
ficia, sed quia hæc idolis & demonijs  
exhibent. Ad deo gratias, q; 2.  
Per ecclesiarum fabricas & quosli-  
bet necessarios vsus, demones ab his  
pelluntur, quos prius vt proprios pos-  
sidebant, de concordia euangeliorũ,  
Tem-

Augusti,

Augusti,



ET ORNATV EAR. 209

Templum synagogæ fuit ornatif-  
simum.

Ab omni homine, qui offert vltro- **Exo. 25**  
neus accipietis, infra: Aurum & ar-  
gentum & æs, hyacinthū & purpu-  
ram, coccumq; bis tinctū &c. oleum  
ad luminaria, aromata in vnguen-  
tum, thymiamata boni odoris, lapi-  
des onychinos, & gemmas, infra:  
Arca fuit deaurata intus, & foris de  
auro purissimo. Vestes superducti  
auro in quatuor circulis aureis: pro-  
piciatorium de auro purissimo, Che-  
rubin aureos, mensa deaurata, cum  
labio aureo, & de quatuor circulis **Exo. 26**  
aureis: acetabula, phialæ, thuribula  
& cyathi de auro purissimo, cādela-  
brum de auro purissimo, & emun-  
storia, cortinæ tabernaculi de bysso  
hiachyntho, purpura & cocco bis tin-  
cto, cum quinquaginta ansulis & cir-  
culis aureis: Ipsas tabulas deaurabis  
& fundes in eis annulos aureos, &c.  
Vide alia in textu.

Dd 5 Taci

DE ECCLESIIIS AEDI.

**EXO. 28** Facient superhumerales de auro, hiacyntho, & purpura, opere polymito: Sumes duos lapides onychinos, inclusos auro, cælatura gemmarum sculpes eos, facies vncinos ex auro: & duas catenulas auri purissimi, &c. In rationali pones quatuor ordines lapidū, sardium, topazium, smaragdum, carbunculum, saphyrum, iaspidem, ligurium, achatem, amethystum, chrysolitum, onychinum & berillum: facies in rationali duas catenas aureas, & duos annulos aureos: tintinnabula item aurea in tunica: laminā auream in vitta hiacynthina.

**EXO. 30** Dabunt singuli filii Israel precium pro animabus suis, dimidium scilicet sici sanctuarij.

**EXO. 31** Ad hæc omnia superiora, & multo plura perficienda, Deus impleuit Beseleel spiritu Dei sapientia, scientia, & intelligentia in omni opere, quicquid fabre fieri poterat in auro  
argento

argento, & marmore, & gemmis, de-  
ditq; eis socium Ooliab.

Omnia superius præcepta execu- **EXO. 35**  
tus est populus, & obtulerunt mente

deuota, atque promptissima primi-  
tias domino, &c. Omne vas aureum  
in donaria domini separatum est, vt  
dicerent artifices Moyfi: Plus offert **EXO. 26**  
populus quam necessarium est, vn-  
de prohibitus fuit populus, plus of-  
ferre.

Aeque preciosa fecit Salomon.

**3. Reg. 6**

Principes Israel obtulerunt in de-  
dicatione tabernaculi, acetabula ar- **NUM. 7**  
gentea duodecim, phialas argenteas  
duodecim, mortariola aurea duode-

cim, habebat duo millia siclorum &  
quadringentos de argenteo, & de auro  
siclos centum & viginti, boues duo-

decim, arietes duodecim, agnos **12.**  
pacifica boues, **24.** arietes, **60.** hircos

**60.** agnos, **60.** oblationes quotidianæ,  
sabbatarie in Kalendis in Pasce, in Pē **NUM. 28. 29**  
fecost, in festo tubarum, expiationis

taber-

## DE ECCLESIIS AEDI,

tabernaculorum per octo dies numerantur accurate per Moysen.

1. Esd. 5 Cyrus rex vasa aurea ablata per Nabuchod. restituit.

1. Esd. 6 Darius rex prouidit de impensis oblationum.

2. Esd. 7 Artaxerxes rex similiter, & permisit, vt Esdras colligeret ex vniuersa prouincia Babylonis, vt populus daret, quod vellet ad portandū in Hierusalem. Sic ergo per se non visitantes S. Iacobum possunt mittere donaria, sic de alijs locis sacris.

1. Esd. 8 Esdr. appendit in manus sacerdotum aurum & argentū, & vasa, quæ obtulerat rex, & consiliarij eius, & principes eius, & vniuersus Israel, eorum qui inuenti fuerant. Et appendit auri talenta centum, crateres aureos viginti, Argenti talenta sexcenta quinquaginta.

Nee. 10 Statuemus super nos precepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri, ad panes

ET ORNATV EAR. 211.

panes propositionis, & ad sacrifici-  
um sempiternum.

Diues templum nō damnatur ac- **LUC. 21:**  
cipere etiam a paupere vidua, orna-  
tus sui incrementa.

Christianissimi principes immē-  
sas fecerūt sacrosanctis ecclesijs do **L. fanci. C.**  
nationes & largitiōes amplissimas, de sa. sanc.  
& vt vasa sacra, excepta redēptio- **ec. l. iube-**  
ne captiuorum, nullo pacto distra- **mus par-**  
hantur aut impignorentur, statuit sciētes **eo.**  
Imperator. Constantinus magnus ti  
ecclesiam latranensem extruxit.

Et quod patrimonium ecclesie per-  
maneat illaesum.

Hæretici non letantur in corpo-  
rali ecclesia, quia sunt hostes spiri-  
talis ecclesie.

Hæretici faciunt sicut Iudæi, qui **EXO. 32:**  
bus difficile erat dare in aures ad or-  
natum dei, tamen prompte dederūt  
ad vitulum aureum. Ita regentes he-  
retici conqueruntur de impēsis tem-  
pli & sacerdotū catholicorum, sed  
quod

DE ECCLESIIIS AEDI.

quod dant ampla stipendia peruersis vitulis hæreticorum & seducto-ribus, in hoc sunt prompti.

Hæretici ecclesias damnât, sed criptas & speluncas amât, vt Hieronymus pulchre inducit in Abacuc, & Ambrosius multa super Paulo ad Ephe. 5. & super Lucam lib. 5. Hoc experti sumus in catabaptistis.

Mat. 23 Verificatur in Hæreticis illud Christi. Ecce relinquetur vobis domus deserta. Ecclesia enim deserta, ipsi quærent speluncas.

Mat. 24 Si dixerint vobis: Christus in deserto est, nolite exire, ecce in penetrabilibus est, nolite credere. Ita Anabaptistę iam sepe cõuenerunt in nemoribus & priuatis conuenticulis, quærentes Christum, vbi non est.

Fauus hæreticus negauit sensibilia tēpla, altaria, incēsa, simulachra & sacrificia ea sola posuit in cœlestibus. Augustinus lib. 20. contra eundem, huius infelices hæredes sunt hære-

hæretici nostri temporis.

Donatistę quoque combusserunt ecclesias Christianorū. Augustinus ad Bonifacium comitem: Vide quos duces sequantur hæretici, Donatistas, Manichæos, Sagarellos, Massilianos, Vuklephistas, Hussitas Piskardos, & si quid his est deterius.

¶ Obijciunt hæretici incensuarij & sacrilegi.

1 Stephanus dicit: Excelsus non habitabit in manufactis. Act. 7.

2 Paulus ait ad Athenienses: Hic coeli & terrę quum sit dominus, non in manu factis habitat templis, nec manibus colitur humanis. Act. 17.

3 Deus est in omni loco, neque ostēditur locus, in quo deus sit proprie præsens, sed vbique suos exaudit precatōres. Itaque ecclesię nihil conferunt.

4 Paulus ait: Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus. 1. Tim. 2.

5 Christus dixit de templo, Amen Mat. 24 dico

DE ECCLESIIS AEDI.

dico, vobis, non relinquetur hic lapis super lapidē, qui nō destruat. Ioan. 4. 6. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.

Hier. 7. Hierim. inquit, Nolite confidere in verbis mendacij dicētes, tēplum domini templum dñi est, vbi Hiero. Nolite habere fiduciam in ædificiorum splendore, auratisq; laquearib; & Hieron. ad Nepotianum. Nunc paupertatem domus suæ pauper dominus dedicauit, cōtra diuitias templi Salomonici.

Perfius inquit, Ad vos dicite pōtiffices, in sancto quid facit aurum? Nempe quod Veneri donatæ à virgine Puppæ.

¶ Respondent fideles ecclesie ministri.

De primo, ni estimabant, non enim habitat deus in templo, ibi circumscriptus per essentiam, sed ibi habitat per abundantio rem gratiã, Salomon docet hanc:



hanc solutionem. Ergo ne credibile est, vt habitet deus cum hominibus super terrā. Si cœlum & cœli cœlorum non te capiunt, quanto magis domus ista, quam ædificauit? Sed ad hoc tantū facta est, vt respicias orationem serui tui &c.

Similiter, nisi q̄ hæreticus trūca De secūdo tim allegat verba Pauli, nec manibus colitur humanis, indigens aliquo. Non ergo colitur deus à nobis, vt ope nostra egeat.

Ista fuit ratio impij seductoris, & De tertio idololatræ regis Hieroboam, vt Ioseph<sup>9</sup> testatur. Deus est vbicq̄, sed in vno loco vult orari & honorari plus q̄ in alio, vnde falso Hieroboā Lib. 8. c. 12 cis persuasit, ne lōgo itinere fatigati orarent. Quod nostri etiam hæretici dicunt cotra peregrinationes ad limina sanctorum, quare hæretici nostri sunt Hieroboitæ, sicut ille noluit Iudæos ascendere in Hierusalem. 3. Reg. 12

E e In

## DE ECCLESIIS AEDI.

- De quarto** In omni loco, scilicet competenti, orandum est. Ambrosius, hoc dixit, quia alii qui falso existimabant extra ecclesiam non orandum.
- De quinto** Recte templum Iudæorum erat destruendum, sed sicut eorum sacerdotio successit sacerdotiū euangelicum, ita & eorū templo successerūt nostræ ecclesiæ, sacrificia &c.
- De sexto** Veri adoratores in ecclesiis adorant patrē in spiritu & veritate, nā quid repugnaret ecclesiæ, quod non repugnaret nemori, aut spurcis antris hæretic.
- De septi.** Hieremias ibi expresse testatur locum à deo electum. Inquit enim: Et habitabo vobiscum in loco isto, Et vult sanctitatē tēpli non prodesse, quando nō faciant bonas vias. Ad-  
**Hier. 7** ditum Hieronymi, qui etiā seipsum declarat, de splendore peruersorum dogmatum.
- De octa.** Hieron. bene taxat ornatum ecclesiæ, neglectis pauperibus, nam or-  
nate

nare ecclesias ipse reputat laudabi-  
le & ob hoc laudat Nepotianum.

Erat sollicitus, si niteret altare, pau-  
menta forent tersa, si vasa lucentia,  
& in omnes ceremonias pia sollicitu-  
do disposita. Comparat eum dein-  
de Beseleel & Hiram.

Egregie adducitur Pers. Quñ he De no-  
retici ex nobis claras postulent scri-  
pturas, ipsi etiam poëtas ethnicos  
nobis obtrudunt, vti Luth. patriar-  
cha hæreticorum fecit, quando vo-  
luit probare omnia euenire de abso-  
luta necessitate, adduxit poëtã. Cer-  
ta stãt omnia lege. Tam validis præ-  
fidijs sua muniunt hæretici. Persum-  
nos nõ recipiamus quoniam deum  
non nouit. Et ipse nesciet eum, cum  
omnibus hæreticis anathemate per-  
cussis.

DE CHARACTERE.

XXXV.

**C** Redit ecclesia & fideles in  
sacramētis imprimi animæ

Et 2 quod